

bonensis¹ episcopus confrater 40 dies, T[yre]nsis archiepiscopus confrater 40 dies, Na|zarensis archiepiscopus confrater 40 dies, Sebastien-
sis episcopus confrater 40 dies, Betleemitanus episcopus confrater 40
dies, archiepiscopus Montis Realis confrater 40 dies, | Ramensis epi-
scopus confrater 40 dies, Cesarensis archiepiscopus confrater 40 dies,
Acaronensis episcopus confrater 40 dies, Tabariensis episcopus confra-
ter 40 dies. Preterea cons|tituimus, ut, quicumque confrater Ierosoli-
mitane ecclesie esse voluerit, annuatim census suum fratribus donet
et quartam^m partem penitencie sibi precepte dimissam sibi | agnoscat.
Si quis vero de confratribus nostris in aliqua parrochia mortuus fuerit,
cuius ecclesia interdiccioni vel excomunicacioni subiaceat, advenienti-
bus fratribus | nostris ecclesia absolvatur et corpus confratris sollemp-
niter sepeliatur, nisi nominatim fuerit excommunicatus. Constituimus
siquidem, ut audito obitu cuiuslibet confratris omnes | pro eo singulas
celebremus missas. Pro illis vero, quorum obitus ad aures nostras non
pervenerit, singulis annisⁿ tertia die post sollempnitatem omnium
sanctorum anniver|sarium diem statuimus, in quo pro eis singuli sin-
gula sacrificia omnipotenti deo offeramus. Si quis vero pro parentibus
suis vel amicis defunctis elemosinas suas | fratribus nostris dederit,
universi bene[ficii] nostri participes fieri concedimus. Hoc quidem
unicuique penitenti observandum iniungimus: Considerata absolucio-
ne | penitencie iuxta modum criminis quantitatem facultatis tribuat.
Quoniam vero per diversas mundi partes m[ulti] se [voto] obligant ad
sepulcrum | domini visitandum et propter infirmitatem vel paupertate-
tem vel aliquam gravem necessitatem longa itinera terrarum et pericu-
losum iter maris agredi nequeunt^o, | domibus isti fratribus nostris ex-
pensam itineris prebeant et a voto, quod voverant, se absolutos esse
cognoscant, tanquam si propriis manibus super ipsum sepulcrum |
Iesu Christi obtulerint. Impleat dominus omnes petitiones² vestras et

m) *quartam* Hs.
Zeichen in der Hs.

n) über der Zeile nachgetragen.

o) *nequeunt*: über *eq* ein

1) Es dürfte das auch als Serfen überlieferte Sidon oder das als Sarphen / Sarfente überlieferte Sarepta gemeint sein, das in Personalunion mit Sidon verbunden war, vgl. PRINGLE, Churches of the Crusader Kingdom 2 (wie Anm. 78) S. 281.

2) Ps 19, 7.